



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Ivris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

16 Propter quid, & quare Monasteria, & vita monastica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

clerici seculares ordinati, e. inter quatuor, §. fin. de relig. dom. can. que semel, 19. q. 3. seruato ordine, vt primum in reformato monasterio informi eius ordinis ex aliis domibus sufficiantur bene ordinati, cap. relatum, ne clericus. vlt. monach. & his deficientibus, ad seculares clericos perueniatur. Quemadmodum & contra de seculari ecclesia fieri potest monasterium, c. audientiam, de eccles. adific. can. Voluit & Alexander 3. summus pontifex quando monachi seculariter viuunt in monasterio, & alios suo malo corrumpunt exemplo, primum ab episcopo suo compelli seruare regulam, religionis appellatione remota. Et si non possit ex proprio ordine numeram electorum supplere, posse alterius ordinis sedes implere, vt impii, eorum laboribus a bonis editis, tandem rubore per fusi, ad regulam propriam obseruantiam reuertantur respicientes, d. cap. relatum.

- 18 ¶ Episcopo ¶ monasteria omnia iure communi subiecta sunt, c. de Xenodochiis, & cap. pen. de relig. dom. c. monasteria, 18. q. 2. can. si quis episcopus, 6. q. 2. nisi speciali privilegio se eximi inde doceant, d. c. pen. de relig. domi. & can. abbatibus, 18. q. 2. cap. cum non liceat, de prescript. ¶ Et ¶ proinde monachi delinquentes subiciuntur correctioni abbatis, si de denuntiatione vel inquisitione agatur: si autem de criminibus monachi per viam accusationis contentiose agatur, munus erit episcopale, aut eius vicarii in iurisdictione seu officialis, adhibito temperamento & distinctione, de qua disputat
- 20 Guido Papæus, decisione 559. ¶ Ad ¶ reformationis curam pertinebit etiam prospicere, ne monachi in diuersis monasteriis loci seu monachatum habere præsumant, c. fin. §. fi. de relig. dom. vt neque abbas dispensare in eo possit, etiam cum consensu aliorum religiosorum seu fratrum, c. constitutus, de elect. quia monachus illi inter beneficia quodammodo annumeratur, beneficia autem plura non licet habere simul iure communi, c. de multa, de prebendis, cum similibus. ¶ Similiter ¶ & prospiciendum, vt monachi & monachæ seu moniales, habitum propriæ professæ religionis semper & vbi que deferant, c. sancti moniales, 13. dist. can. vidua, 20. q. 1.

Propter quid, & quare monasteria, & vita monastica. Cap. 16.

- 1 Monasteria nata ab eremitica vita, metu tyrannorum, & cõtemtu seculi.
- 2 Monachorum vestitus, est vestitus penitentium.
- 3 Monasteria instituta studendi & prædicandi gratia.
- 4 Monachorum vita studio literarum sacrarum, & orationibus constat.

1 EX superioribus recte colligi potest, vitam monasticam prima institutione eremitica introductam, temporibus quibus maxime virgebat tyrannorum odium Christianos, vt Deo obsequia & cultus liberius exhiberetur: ad fact & vna penitendi causa contentis illius miseræ seculi curis.

2 ¶ Atque ¶ vestitus monachalis eius symbolum exhibet. Nam ea quæ penitentibus dantur, a bonis illis primis patribus, qui viam alii strauerunt & demonstrarunt, vsurpata sunt: nempe cilicium quod imponitur a sacerdote mutata veste, & tonsis vel rasis capillis, can. penitentes, & can. sequenti, 50. distinct. & sacculus, & cinis, 70. dist. c. 4. Arbitror enim cucullam & vestitum veri monachi olim fuisse sacculum capiti inductum, & ex latere brachiorum educendorum causa perforatum, reliquo pro amictu circa corpus rudi cingulo cincto, vel pannum alium vilem: non autem eius generis, quo hodie quidam viuuntur delicato, cum cuculla & veste ferica dispositione in morem mollium laicorum exornata, quod certe boni stomachum merito mouet, & malis calumniansi fidei catholicam, & institutum viuendi monachorum priorum præbet. Sic enim mutata forma est prisca, vt hodie in aliquibus monasteriis nihil minus, quam monastica vita inueniatur: & cum olim penitendi causa essent refugia, hodie otiose viuendi videantur receptacula. Sed hæc desiderant pii emendari, & nitore pristino restitui, & sum moueri scandala & causas maledicendi.

3 ¶ Fuerunt ¶ quoque monasteria & sodalitia instituta, prædicationis verbi Dei causa, qualla instituit D. Dominicus: alia instituta ad inuenturæ & prædicandi quoque gratia, vt ordinis congregationis nominis Iesu: Suntque diuersi particulares aliorum cenobiorum fines, qui tamen eum communem finem habent, vt prætermisissis rebus seculi & earum sollicitudine, propriæ animæ & aliorum Christianorum salutem operentur, & gloriam Dei promoucant, & eius mandata seruent, & seruare alios opere, exemplo, & verbo doceant, qui & est, vel esse debet omnium Chri-

stianorum, sed potissimum ecclesiasticarum personarum finis.

¶ Refert ¶ beatus Rhenanus, lib. 1. rer. German. dum de Franciâ agit, præter monachos rudibus adhuc seculis neminem nouisse literas. D. Chrysofomus de sui temporis monachis tradit, martiribus precibus hymnisq; peractis, eos ad sanctarum scripturarum studia se contulisse, D. Chrysof. in 1. epistola ad Timoth. c. 5. homil. 14. Et Basilius Magnus ad Gregorium scribens, duobus tantum vitam hanc solitam contineri & perfici docere videtur, orationibus & studiis literarum: εὐχαί, inquit, πάλιν τὰς ἀναγνώσεις διαδεδυμένους, νεωστὶ ἐγενήθησαν καὶ ἀκριβοῦς τὴν πρὸς θεὸν πύθω κλημινώνων παρὰ τὰς ἀνάγνων, id est, orationes iterum lectionibus succedentes, recentiore animam & vegetiore, ad Deum desiderio motam recipiunt. Et in concilio Viennensi sub Clemente 5. sum. pontif. sancitum, vt in singulis monasteriis, quibus eius rei gratia sunt sufficientia bona, sit idoneus ludi literarii magister & Doctor, qui monachos erudit & bonis artibus imbuat, clem. 1. §. penult. de stat. monachor. c. 2. de magistris, ap. Gregor.

De Monialibus, seu Vestalibus sacris quædam. Cap. 17.

- 1 Monachorum & monacharum regula ordinis communis.
- 2 Consecrantur Deo virgines, & vidua: sed diuersa earum professio.
- 3 Monachanda ætas.
- 4 Monachanda voluntas ad si spontanea legitima ætatis, quamuis parentes reclamant.
- 5 Moniales subijcti correctioni episcopali, & ordinationi.
- 6 In monialibus emendanda in per visitatores aut episcopos.
- 7 Vestales virgines, & vnde illæ orit.
- 8 Monialium diuersi ordines, & habitus earum, vota.
- 9 Moniales canonicæ seculares nubunt.
- 10 Monacha adulteris cassata.
- 11 Velantur moniales virgines in professione, non vidua.
- 12 Moniales a quibus consecrantur, & quibus diebus.
- 13 Moniales cum monachis ne habitent, nec conuiuentur singulariter, non content cum monachis in choro, eod.
- 14 Monasterium virginum, ne vir aut monachus ingrediatur.
- 15 Senatus in templo vestalium non habitus Roma quare.
- 16 Moniales separatas adiculas non habeant, simul degant.
- 17 Moniales sacra ne tangant, aut incensum offerant.

EA quæ ¶ de monachorum institutione norma que viuendi eorum diximus, transferri possunt ad virgines Deo dicatas, quæ ordinis regulam monasticam vitorum amplexæ sunt: veruntamen de illis singulari quadam, breui tamen annotatione, præscribemus. ¶ Consecrantur ¶ Deo virgines & vidua, sed illæ profitentur votum virginitalis: istæ tantum castitatis & viduitatis, cap. penult. & fin. 20. quæst. 1. cap. actius, 26. distinct. can. vidua quæ, 27. quæst. 1.

¶ Diximus ¶ de nomine, & ætate professionis legitima in monachis: addimus autem, vt si ante annos pubertatis fiat, tunc deum ita rata sit, quando ætas adulta esse cõperit anno probationis elapso, si modo sponte ingrediatur minores monasterium, non autem si vis, can. sunt qui, & c. illud autem, 20. q. 1. can. presens, 20. q. 3. aut deceptio interuenerit, can. fin. 20. q. 3.

¶ Iure ¶ pontificio voluntas spontanea virginis sufficit ætatis 12. annorum, in professione monastica etiam iuuitis parentibus, qui tamen ante eam ætatem possunt intercedere, can. 1. & can. puella, 20. quæst. 1. constitutio autem Gallica in comitiis Aureliæ lata 25. annos exigit, atque eam ætatem anticipantibus permittit, non obstante professione de rebus propriis libere testari & disponere in fauorem cuiuscunque, artic. 19. in constitutio Aureliæ. cõsonat concil. Apfricanum, 3. cap. 4. c. placuit, & 20. q. 1. Libera debet hæc esse voluntas, qua se in hostiam viuentem Deo consecrent, quemadmodum & apud ethnicos hostiæ seu victimæ ducebantur, non autem traherentur ad aras: & si qua duceretur & vehementius reluctaretur amouebatur ab aris: vt scribit Macrobius, lib. 3. Saturnal. c. 5. Festus in verbis piacularia auspicia ait: reluctantem hostiam mali omnis fuisse: vt & Liuius, l. 21. in Flaminio consule. Sueton. in Galba, cap. 18.

¶ Moniales ¶ subijcti ordinationi & correctioni episcopi dicuntur celeos, can. cognominatus, 18. quæst. 2. Clem. 1. de relig. domib. quod & Aureliæ in comitiis firmatum est, omni exceptione remota, artic. 11. constitutio Aureliæ. anni 1560. ¶ Sine ¶ præiudicio tamen visitationis, de qua statutum in concilio Viennensi, Clem. 2. §. 1. de stat. monach.